

1325 abril 30. València

Jaume II als jurats de la ciutat de Girona. En resposta a la seva lletra els mana que els veguers de Girona i Besalú i de Torroella de Montgrí mantinguin el dret a rebre estatge a favor de l'església de Girona fins que no els arribi cap manament del Papa en contra, per tal de poder recuperar, per cent mil sous, el castell de Pals que havia estat venut a carta de gràcia al Capítol de Girona.

- A. Original: AHCG, Lletres Reials. 190 × 285 mm. Estat de conservació deficient a causa de la presència de diversos forats que afecten nombroses paraules. Restablím el text seguint la lectura que en dóna el registre de la Cancelleria Reial. **I: Ffidelibus suis iuratis Gerunde. Segell comú: 95 mm aprox. Lletra closa.**
- R. Barcelona, ACA, Cancelleria, reg. 248, 2a. part, f. 276r i v.

Iacobus, Dei gratia rex Aragonum, Valencie, Sardinie et Corsice comesque Barchinone ac Sancte [Romane Ecclesie vexillarius], ammi-ratus et capitaneus generalis, ffidelibus suis iuratis Gerunde, salutem et gratiam.

Recepimus litteram vestram et alias scripturas quas nobis misistis super facto hostagii ad quod pro nobis quidam vicarii Gerunde et Bisulduni ac Turricelle de Montegrino sunt [obligati pro debito] quo tenemur ecclesie Gerunde. Et intelleximus plenarie que con-tinebantur in eis, ad que ffidelitati vestre taliter respondemus quod cum gerensvices episcopi, vacante sede, et eius Capitulum voluerint usque hactenus elongare factum vendicionis castri de Pals quod, ut scitis, eis vendidimus cum carta gratie [neque etiam] hostagia su-pradicta, licet bis eos rogaverimus super eo, et etiam nuncii domini Pape, [ut] suspenderint sub certa forma processus quos fecerant contra ipsos. Nos, providere volentes recuperacioni dicti castri de Pals, ordinavimus et fecimus cum effectu quod nomine nostro solvendum dicto Capitulo per Fferrarium de Lilleto, baiulum Catalonie generalem, centum mille solidos Barchinone, pro quibus facta fuerat vendicio supradicta, quem baiulum hac de causa iam [ad p]artes Gerunde mandavimus accessurum sicque considerantes quod dictum Capitulum a nobis recuperaverint dicta, centum mille solidos, tenemus et credimus quod ad prolonganda hostagia [supra]dicta ex tunc facilius inducentur et prolongacione [ipsam] securius [facere] poterunt, scribimus nunc rursus Capitulo supradicto [ut elong]ent hostagia sepedicta usque quo a domino Papa vel suis nunciis aliud receperint mandamentum, et noviter scripsimus etiam d[ictis] nunciis] per litteram nostram quam eis per cursorem nostrum mitti [iussimus] ut scribant circa hec iterato Capitulo supradicto [significaturi sibi quod u]bi dominus Papa vel ipsi aliud mandarent in premissis assignabitur dicto Capitulo cernimus competens ad solvendum deb[itum] pro quo] obligati sunt predicti ad tenendum hostagia memorata sicque intendimus quod Capitulum supradictum elongamentum [faciet preli]batum et vos scire cum Capitulo supradicto poteritis si fecerint quod rogamus. Quod nisi fecerint providebimus [ut oportu]num fuerit in premissis.

Data Valencie, pridie kalendas madii, anno Domini millesimo CCC^o vicesimo quinto. Subscripsit Guillelmus.*